

B. C. D.

CIPPI ET LAPID.

DES SEPULCHRALES,

AD D. MICHAELEM,

plurimâ sui parte hodiernum,

SUPERSTITES,

à Temporum injuriâ vindicati,

&

instituendo ad XXII. Jan. An. cl^o l^oc XC. post Sacra Matutina

in Illustri Curiano,

de

WALDENSIBUS

Actui Oratorio Va-

ledictorio,

ad

Curiae nostrae Primores, Invitationis loco


præexhibiti,

à

M. JO. CHRIST. LAYRIZIO,

Gymn. Patrii Rectore,

Licetis Minzelianis.

 Vò votò finientem nuper clausimus B.C.D. annum, eòdem nunc, iisdemqve divini Numinis auspiciis, novum nunc recludim⁹, susceptæ opellæ nostræ lætos & Patriæ proficuos apprecantes successus, ut bonis in illâ pergere liceat avibus. A summitate ergò *MICHAELITANI* nostri Templi in imum nos rursus demittimus, & priusqvâ illo penitus excedamus, *CIPPOS* adhuc & *Sepulchrales* ex compromisso excutimus *LAPIDES*, quorum tamen bene multos, illos cumprimis, quos *Antiquior* habet *Chorus*, ubi minor nunc ara cum baptisterio conspicitur, vetustas & insultantium pedes ita attrivére, ut legi amplius haut possint. Servabo ergo tantùm ab interitu, quos poterò, in novò cumprimis *Choro* ante Altare majus repositos, non tamen lateralibus utriusque spectandis penitus omisis.

Ad *Pangratianum* regredior, cui suprâ recensito sinistram munit *W ALLENRODIANUM*, sequentibus inscriptum:

Anno Domini 1584. an der Mittwoch den 17. Junii, frühe zwischen 5. und 6. Hora, ist verschieden Hans Christoph von *W ALLENROD* / Hauptmann allhie / dem *GOTT* Gnade.

Subjuncta sunt huic Epigraphæ Insignia *W allenrodiana*, & cum majori hoc Saxo proximè connexum minus aliud, duos Capitanei hujus obtegens filiolos, quorum Cenotaphia retulère pp. 147. 148. hoc in Saxo sequentibus notantur:

Augustus von *W ALLENROD*. Wolff Christoff von *W ALLENROD*. Nunc proximus *W O LZ O G E N I A N O* it lapis major alius, dextræ illius connexus, in quo legitur:

Anno Domini 1586. am Sonntag den 18. Decembris, ein viertel Stund nach 5. Hora auf den Abend / ist in *GOTT* verschieden Bernhard von *D O L Z S B* / Hauptmann allhie / *S. G. G.*

Subjuncta & huic Gentis *Dolzskiana* Insignia.

Jam capiti hujus imminet *W ildensteinianus*, qui imaginem ejus cataphractam, tenentem dextra gladium, sinistra malleum bellicum, cum quatuor insignibus, in quatuor angulis, habet insculptâ. Verba circumfusa hæc eloquuntur:

ANNO

Anno Christi 1605. d. 15. August. starb der Gestreng/Edel- und Vest
Adam von und zum WZROENSTETZU/uf Sirolnsels f. O. B. Rath und
Hauptmann alhier/dem GOTT gnad.

Ad calcem fere hujus minor paululum se prodit, iconismoque
refert hujus ex Fratre Filium, complicatis manibus, hac circum-
scriptione insignitum:

Anno Dni. 1588. d. 18. Martii entschlieff Wolff Emeran/so Wolff Wilhelms
von und zum Wildenstein f. B. Hauptmanns alhie Sohnlein gewest. d. G. g.

Juncti huic utriqve parentes, & propior quidem mater hac
innuitur inscriptione:

Anno Dni. 1588. d. 19. Augusti starb die Edel und Ehren-Zugendreis-
che Frau Rosina von WZROENSTETZU/ein geborne von Sonderndorff
derselben GOTT gnade/ Amen.

Præter hæc verba, imaginem ejus manibus complicatis oran-
tem cippus sistit, & quatuor in totidem angulis insignia. Marito
proximè juncto sequentia posita:

Anno Dni. 1588. Jahr/den 8. Junii starb der Edel und Gestreng/Wolff
Wilhelm von und zum WZROENSTETZU/so H. f. B. Hauptmann alhie
zum Hof gewest/dem GOTT gnad.

Cataphractus hic, ut frater superius, lapidi incisus, altera manu
gladium, malleam sinistra gestans, armis itidem avitis ex quatuor
angulis præfulgentibus.

Ad horum capita, mediò ferè inter utrasque columnas locò,
ubi pulpitem olim canentium ingratiam, locatum erat, terræ man-
data Serenissimi Principis ac DN. ERDMANN. AUGUSTI March.
Br. &c exta, qui cum A. 1651. 27. Jun. Curia, ubi plurimum commo-
ratus fuerat, diem suum obitet, & post Baruthum, in Mausoleum
Brandenburgicum devehetur, aliquam sui partem hic voluit re-
liquam. *Streichbergerianum* nos nunc vocat Monumentum, quod
lapide asservatum ad sinistram paulò inclinat, brevi fortè peritu-
rum, cum vetustas, aut frequentes potius communicantium pedes
jam aliquam ejus partem læserint. Cinctum autem Saxum se-
quentibus verbis: Im Jahr Christi 1612. ist am Tag der Befehung
Cc 2 Paus

Pauli/Abends nach 6. Uhr selig entschlaffen/der Ehrwürdig/ Hochachtbare
Herr Aurelius STRÄTZBERGER der S. Schrift Doctor, f. Br. Super-
intendens und Stadt-Prediger der alhier begraben liegt.

Medio lapidis *Insignia Streitbergerianæ gentis* insculpta conspici-
untur, quibus tanti Viri decora & in Ecclesiam merita sequens sub-
textuit Epitaphium :

*Flos Hominum Svadaque decus, Chrysofomus alter,
Gloria Philosophi Theologique Chori,
Post Sexagenas Octo licet addere menses,
Mentem animi superis reddidit ossa solo,
Qui transis, olimque aliis transibere, dicas,
Nominis heic magni Vir meritique cubat.*

Duo adhuc in Choro extant Epitaphia, socii & generi B. KUF-
NERI & B. WALTHERI, Superintendentum Nostratium, quo-
rum lapides sepulchrales à transeuntium injuriis immunes præ-
stabant lignæ superimpositæ fores, quibus resecatis, dexterior hæc
præbet in margine :

A. 1679. am S. Pfingst-Abend ist seelig verschieden der Hoch-Ehr-
würdige/ Großachtbare und Hochgelahrte Herr/ Johann WALTHER/
S. Theol. Licentiat. Treu-gewesener Pastor und Sup. allhier/ auch des fürstl.
Gymnasii Insp. und P. P. Seines Alters 60. Jahr/ 9 Monath und 6. Tag.

Imagini ejus, quam lapis repræsentat, ad pedes locata sunt hæc :

Dieses Grab und diesen Stein
Wollestu bey Straff und Pein
Unverrucket lassen seyn.

*Küfnerianum Saxum, gemino modo edolatum, circumscripta hæc re-
fert: M. Johannes KUFNER, Palat. Svinfurt. Franc. ultra XIIIX. Cu-
rie Narisc. per V. annos Past. & Superint. diem obiit 14. Febr. A. 1659. ætat.
53. annor.*

Lythomastigas hoc deterreat:
Laß das Grab und Stein zufrieden/
Wilstu dir nicht Unglück schmieden/
Wenn du aufmachst diese Thür/
Triff dich Plag/ Plage nicht mir.

Et

Et hi equidem sunt *CIPPI*, qui in *novo*, ut sic dicam, *Choro* repositi conspiciuntur; ad *Chorum* nunc procedendum esset *antiquum*, baptisterio insignem, ubi equidem bene multi deprehenduntur lapides, sed fere omnes, aut antiquitate exesi, aut pedibus deturpati, aut sedilibus obruti, ut quamquā voluerim, nocti eripere haut potuerim.

Bini tamen, qui lamina orichalceā sunt præmuniti, literis vetustioribus sequentiareliquere; Prior ad sinistram Aræ minoris:

A. 1517. Jahr am Montag in Pfingst-Feyertag verschied der Würdige Herr Pangratz *WESSECKER* von Weißmann/alhier Prediger zu Hof. Dem GOTT gnad. Posterior à dextra

A. 1512. am Tag Kiliani ist verschieden die Erbare fr. *MARGARETBA*/die gewesen ist eine Haußfrau Hans *PRUCKNER*/der GOTT gnädig und barmhertzig sey.

Transeuntibus hinc ad sinistra ductum, versus Sedilia Magistratus Urbici, inter compluscula Saxa vetustate emortua, legitur adhuc *TASCHNERIANUM*, sequentibus conceptum: *Ann. Dom.* 1513. Jahr/den Dinstag vor Sanct Jorgen Tag/verchied Herr Erle Peter Taschner dem GOTT Gnad. Cui post alios illegibiles succedit, versus ortum, *KOENIGSDORFIANUM* hunc in modum: *Anno Christi* MDLIII. am Montag den vi. Augusti ist der Erbar und Achbar Joseph *BOENZESSOERKER* in GOTT seliglichen entschlaffen. Addita ejus insignia. In eodem ambulacro ad secundam Capellam lapides comparent Hans *TEGENS*/regierenden Burgermeisters/ ob. A. 1593. d. 1. April. hor. 8. ante merid. Albrecht *WESSTELS*/Priesters zu St. Michael/und des Obersten der Knappen Bruderschaft/ob. 1519. Sonntag nach Ostern. Margaretha *BRÄUSZIN*/ob. 1521. Eucharii *SOBERNER*/regierenden Burgermeisters/ob. 1558. d. 21. April. Jobst *ERHARTS*/Burgermeisters/ob. 20. Martii 1572. cujus insignibus subjunctum: Weil ich mit GOTT dort ewig leb / der Welt ich hier gern Urlaub geb. M. Valentini *BURGERS*/Gotteshaus Pflegers und Eltern Burgermeisters et 86. qvi ob. 23. Maji 1629. recepti in tumulum patris, Zacharia *BURGERS*/d. 3. regierenden Burgermeisters et. 73. qvi ob. 1603. d. 7. Jan. Hans *HEYDENREZELS* & aliorum.

(196)

Præ ceteris autem in hoc Ambulacro, ad Capellam ferè IVtami,
notari merentur B. TEUBELII & B. JORDANIS Superintendentium
memoriæ, quarum posterior, ut antiquior sequentibus concepta,
verbis:

Reverendus & Clarissimus Vir M. Christophorus JORDAN, getwese-
ner Superintendentens albie / nascitur W onsfideliu, A. 1575. denascitur A. 16-
24. den 3. Novembris, æt. 49. Jahr 30. Wochen / dem Gott quad / Amē.
adscriptus Textus Funebri Rom. I. Ich schäme mich des Evan-
gelii von EHRSO nicht.

Prior recentior hæc patefit explicatione:

Molliter in hoc cubant Ossa viri Reverendi admodum, Clarissimi, Ex-
cellentissimi Domini M. Heinrici TEUBELII, meritisimi 19. Annorum heic
Superattendens, qui mortalitati natus A. 1593. denatus A. 1653.

Epitaphium.

D. O. M. S.

Ultima si novisse cupis Monumenta Viator,
Teubelii brevia hæc candidè metra cape.
Doctrinâ, pietate satis super æthera notus,
Qui jacet hic, titulô cetera nullus eget.

Unus hic nos adhuc vocat lapis, antiquitate & viri meritis in Ur-
bem nostram commendandus, qui, cum olim ad S. Catharinæ Al-
tare, quo Tertia Auerorum Capella fuit ornata, & cui officio suo
Misfatiô ille in Papatu diu inservierat, fuisset repositus, ut Wide-
mannus ad A. 1511. commemorat, nescio quô fatô, fortè ob Cori-
ariorum sedilia, post hinc sublatus, & in quartâ istâ asservatus est.
Comparet autem in ejus medio Angelus, ex ære fusus, Tabulam
æneam utrisque sustinens manibus, his verbis inscriptam:
Nach unsere liber Herrn Christi gepurt M CCCC. und XI. Jar on dem Ta-
ge des heiligen Martirer sanct Gantolff on dem dreventent Tag des Monet
May ist verchieden der Erwürdig und Hochgelart Herr Magist: Erhartus
Kimmstorffer / dises altars vicarien gewesen / welcher felle der allmechtige
Gott Genedig und Barmhertzig Sey. Amen.

Quem

Quem signat hæc epigraphæ, *M. Erhardus KOENIGSDORFER*, Curienfis erat, qui cum *D. Theodoricus MORRUNG* seu *MORRING*, Canonicus Freysingensis & Bambergensis, Plebanatum Curienfem confeqveretur, & plerumqve alibi, Romæ, Bambergæ, Her-
 bipoli, commoraretur, Vicarii & Concionatoris ad *D. Michaëlem* in 16. An-
 num, mafculè tuitus partes, quem de fuis bonis adeò largiter do-
 tavit, ut 1175. florenorum census, præter varias facras vestes, vafa,
 libros & alia, ab eo confeqveretur, & tanti commodi memoriâ
 hodienum gratus efse poffit. Sed pergemus, & trans-
 euntes nunc à tergo majus illud altare, deprehendemus ad fi-
 niftram hujus, & quidem in introitu Capellæ Steinianæ VII. ad la-
 tus Cippi Schellenbergiani alium, Georgii sc. *SCHOEDELII*, Notarii
 Publici & Confulis Nostrati, æt. 47. qui obiit 1623. d. 21. Martii. Utros-
 que versus Ortum tangit *Jo. W. AMSFELDERII*, Confulis itidem &
 Xenodochii Præfeti, qui ob. 1631. d. 15. Sept. æt. 57. Symbolo fe folatus
Pfal. CXLII. v. 6. DOMINE, Tu es spes mea, portio mea in Terra viventiu.

Progredientibus ad Sacrarium à dextra recubant fub lapide
Nicolaus RAJZBORSKY von Sechzebuß in Böhmen &
 Conjux *Elifabetha*, nata *LOCHNERIA*, parentes undecim liberorum, ille
 natus. A. 1578. d. 8. Sept. mort. 1630. d. 7. Octobris, æt. 53. Ann. 6. sept. Hæc nata
 A. 1588. die Jovis ante Jacobi, ob. 1658. d. 19. Martii æt. 70. Ann. à finiftrâ v.
 Lapis est *Gailsdorfianus*, laminâ ornatur *Orichalceâ*, cui verba in scul-
 pta: Nach Christi unfers lieben Herrn Geburt taufend und fünfthundert Jahr/
 an der Myrwoch, vor Sanct Pauli Befehrung Tag starb der Hochgelahrte
 DOCTOR HEINRICH GAILSDORF, der hie begraben liegt/dem GOTT
 genädig und barmhertzig sey/Amen. Fuit hic *Henricus Gailsdorf*, *Al-*
berti Filius, J. U. Doctor & præter hanc, Comitum Palatini quoque
 dignitatem à *Wolfgango Steinbergero*, J. U. D. & Clerico Pataviensi, ex
 Imperatoriâ & Pontificiâ auctoritate anno superiori 1499. erat
 consecutus. Introitum sacrarii munit lapis cum Epigraphæ:
 A. D. 1581. am 17. T. Februarii ein halbe Stand vor Mittag ist in GOTT
 verschieden/der Erbare und Wolweife Herr Georg PRUEBNER/ Bura-
 ger

Her- und Spital-Meister/dem GOTT gnad. *Illustrane cum INSIGNIA PRÜCKNERIANA.* Ipsum adytum nunc studio præterimus & in proximum cum *Bibliothecâ* reservamus. Nec ille nos moretur lapis, qui transeundus, dum ad IX. Cap. accedimus, legi enim non potest, *Nobilem* tamen à *REIZENSTEIN* fuisse, fortè Capitaneum Urbis, Joannem ab A. 1502-1510. *Insignia* probant.

Nonæ capellæ aditum servat lapis, cujus laminæ æneæ hæc verba infusa: A.D. 1518. Jahr am dritten Pfingstentag ist verschieden der Ehrwürdig Herr Jordan PRÜCKNER/Pfarrer zu Barra/der Seel Gots der Allmächtig gnädig und barmherzig sey/Amen.

Suppositum *insigne Pastorale Calix*, qualis in bene multis conspicitur lapidibus aliis.

Deflectimus nunc rursus ad medium Ambulacrum, versus Portam Templi Majorem, ubi transmisis illis, quos antiquitatem & transeuntium pedes abrasisse memoravimus supra, Prückneriana adhuc aservatur memoria, cippo incisa sequentibus: Hier ruht der weyland Ehrenveste/Vorsichtig und Wolweise Herr/Mattheus Prückner/der Zeit regierender Burgermeister alhier/welcher in Christo verschieden den 13. Junii A. 1641. seines Alters . . . Jahr 5. Wochen/in Gottes Gnade. *Insignibus Prücknerianis Epitaphii loco subscripti hi rhythmici:*

EX TUMULO.

Christ ist die Brück zum Himmelreich
 Mein Freund mit mir hinüber streich/
 Von dieser Brücke niemand fällt
 Wer ihn in festen Glauben hält.
 Wer glaubt an Gottes werthen Sohn/
 Komt zu dem Herrn den Gnaden-Thron.

Et hi Cippi seu Lapidis Sepulchrales, qui mortuorum testantur memoriam, ferè sunt omnes, qui quidem legi adhuc possunt, quæ ipsâ, difficili satis & molesta operâ, omnimoda *Michaëlitani Templi* perlustratione diligentissime defuncti, per majores nunc egredi-

dimur fores, quarum ad inferiora patent quatuor; ad superiora tres. In ipso autem vestibulo non plane præterimus Xenotaphium Medlerianæ Conjugis, quod egredientibus à sinistrâ est; & præter lapidi incisas Conjugum imagines & insignia, hac Inscriptione notatur: Capita nempe Imaginum muniunt hæc.

CHRISTO SACRUM.

יְהוָה חַיֵּךְ וְיִמְךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ

h. e. Domine Vita tua & longitudo dies Tui. Pedibus subiecta sequentia: Dorothea eine geborne PRUCKNERZIN/ H. Doct. Nicol. MEOLERS seligen Haußfrau/ verstarb Donnerstags den XIII. Aprills, A. M. DLVIII. alhie/ bei ihrem ersten Haußwirth Erhard ELBEL begraben/ denen GOTT Gnad. Amen.

Paulo inferius scripta sunt: Streitbergerus dedicavit & posuit Mense Junio; An. 1559. Dextram lapidis circumscribunt hæc: Οὐκ ἐστὶν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Vivo non jam ego, sed vivit mecum Christus. Sinistram:

Induet æternum decus hoc mortale - - -

Vivet & in cælo quod modo terra teget.

Contiguus huic monumento versus dextram lapis alius, parieti infixus & sella nunc obiectus, verba continens: 1529. am Sonntag Judica, ist entschlaffen die tugendbaffrige Frau Margaretha Groschin, Stadtschreiberin zum Hofe/ der Seele GOTT Gnade. Amen.

Nec ἀσὺμβολαβιβιο cistula eleemosynarie, quæ superimpositâ tabulâ ad dextram signatâ, der gemeine Gottes-Kasten / apertas implorat manus suis rhythmis:

Last Euch die Noth erbarmen Wer seine Ohren für den Armen stopffe Helfft und gebt den Armen Dem hört GOTT nicht wann er flopffe.

Inferius hæc subscripta: A. 1529. ist der gemeine Gottes-Kasten von den Herrn Burgermeister und Rath alhie zum Hof angefangen / darüber Hans Weiß der Elter und Andreas Pölmann zu den ersten Vorstehern geordnet worden. A. 1589. Jar der Zeit Vorsteher Zacharias Bürger/ David Pölmann/ Christoff Göding/ Hans Joditzer verneuert worden. H. W. A. P.

Supplenda eleemosynarii hujus historia ex Widemannio, qui ad A. 1529. recenset, cum in finem institutum hoc cepisse, ne exortâ



tunc Evangelii luce & explosis bonorum operum meritis, vanā-
 que superstitionum ἐδελος φρεσικία, frigeret hominum pietas
 in surrogandis sustentationi Templorum, Scholarum, pauperum,
 sumtibus, sed præsentē quasi monitore perpetuo stimularetur. Ci-
 stam autem olim ibi repositam fuisse testatur majorem, eamq; fer-
 ream, quā A. 1570, cum Templi hujus anterior structura pergeret,
 sublatā, A. 1589, vigiliis visitationis Mariæ Tabula vetustior reno-
 vata, novaque & minor cistula, ut hodie extat, majoris loco co-
 lumnæ affixa.

Ipsæ primariæ, per quas nunc egredimur, Fores, fenestrā superius
 sunt obiectæ, quæ cura Dn. Superintendentis Sereitbergeri fabricata,
 1597, 26. Nov. aliis quoque; exterius foribus prioribus A. 1572. confe-
 ctis, superadditis, ut scilicet hyemis frigus eò melius arceretur. Po-
 steriores tamen hæ rursus sublatae, illā hodiernum servatā. Et his
 foribus non tantum Decreta SERENISSIMI, Rem potissimum
 Ecclesiasticam concernentia, sed & Tabulam affigi mos est, quā pu-
 blica denunciantur Funera.

Sic integrā interiori Templi nostri lustratā nunc facie, antequā
 illud penitus linquamus, aliquot exterius fenestris suppositos nu-
 meros, additamenti loco, subscribimus, quos festinantes suprā ocu-
 li præteriere. Primus in fenestra cochlidis, per quam in Dnn.
 Capitaneorum ascenditur ambonem, deprehenditur, lapidi inci-
 sus, 1599. quo ipso Anno scala illa in gyrum ascensilis confecta,
 vid. supra p. 142. Secundum fenestra exhibet cochlidio adverso,
 quod in Ambonem Studiosorum deducit, indita, cui superscriptæ
 literæ & numeri H. 1600. H.

qui annum itidem produnt extructionis cum artifice, d. l. Tertiū
 advertite in Sacrarii fenestra exteriori, versus Posticum Michaëlitā-
 num, his: Renovit 1621. quem eundem annum quartō loco in Ta-
 bula loquitur paries, plagam inter Orientem & meridiem respici-
 ens mediam, hanc in modum

ANNO
1621.

Quintus tormenti majoris
 glo.

globo junctus, latus finistrū tueretur fenestræ superioris Orientalis,
his: 1553. suppositis globo verbis:

IN OBSIDIONE. 10. SEPTEMB.

Quo ipso die, qui Domino erat sacratus, fervente Curianâ obsidio-
ne, hostis Michaëlitano Templo admodum erat infestus, dum tem-
pore, concionibus aliàs dicato, ex omnibus castris majoribus illud
oppeteret tormentis, sperans Auditoribus his terrorem incuti pos-
se, frustrâ, quum Franciscana illos tunc haberet ædes; Quatuor
tamen globi non sine omni cecidère periculo, cum sacrum istud
lararium, (quod falsò supra p. 170. globo 29. Augusti prostratum
retulimus, agnito nunc ex *SCHLEMMERI Historiâ Obsidionis* erro-
re, & publicè rejectò) unus, alterâ pilam vertus Altare majus læderet,
ex quibus hic ipse asservatus, & parieti allisus, in periculi memoriâ.

Sextus & ultimus numerus in gemina ut Quartus se sistit Tabu-
lâ ad Parietem, Tinctorio adversum tenentem, iisdemque conce-
ptus cifris, 1621. ut adeo inde liqueat, hunc annū in renovando ex-
terius Templo fuisse operosum. Hæc αἰς ἐν ἐπιπέδῳ.

Voto nunc finiendum, quo & *Widemannus* ad A. 1572. Templi
hujus historiam obsignavit: Tu nempe *benignissime DEUS*, qui piis
Majoribus nostris animum largitus es & successus, ut Templo huic elegantis-
simo, in nominis Tui gloriæ & uberiorem Verbi transplantationem, suffecerint,
serva & illud imposteriorum, nec concede, ut ullo Satanae molimine aut ignis di-
risve aliis evertatur factis. Serva nobis ô Domine, verbum Tuum, anima no-
stra pabulum, eaque puritate, qua publicè nunc è Sacro hoc resonat loco, Poste-
ris etiam nostris adsere. Vigeat in hac Æde legitimus Sacramentorum usus,
Tibique è nostro quoque medio colligatur Ecclesia, ad finem usque mundi, per
dilectum Tibi Filium Dominum & Salvatorem nostrum Jesum Christum Amen.


Sic voto defuncti nostro, ad illos accedimus, qui Musarum nostrarum
Templum egressuri, parem in illud meditantur pietatem; tres nempe juvenes,
multa cum laude hætenus in illo versati, hinc non sine eruditionis & morum ele-
gantiorum preconio nunc dimittendi. Ut autem profectum simul, inibi col-
lectorum, specimen publicè ultimò edant, è presenti Publica Europe statu, me
quidem suatore, *Historiam Waldensium* selegerunt, quorum prosperi in Val-

libus suis aut minus felices successus, non exiguum bello moderno ex voto
finiendo addent pondus. *Primus* autem ex illis

Johann. Porst/Oberkottzavio-Variscus, de exiguis primò illorum dicet initiis, letioribus hinc paulatim incrementis & vitâ etiâ cum doctrina patefaciet. Cujus de studiorum initiis & vitâ apud nos actis, ut & nos moneamus, d. 2 Aug. A. 1683, albo nostro est insertus, & à tenuibus profectibus, bonitate ingenii & conatus sexennio hoc & quod excedit, tantum profecit, ut sumtuum eum poenitere non possit. Cetera nec in vita moribusq; ejus multa desideramus, quin potius ut utraq; porrò studiis ejus æquè accepta fluant, prolixè vovemus. *Secundus*

Jo. Friedericus Grosch/Döhlau-Variscus, Fata VValdensium exponet adversa, que in variis sustinendis Persecutionibus ad hunc usque diem sunt experti. Hunc Pl. Reverendi Dni. Parentis, Pastoris nunc apud Gefellenses meritisimi, singularis in Musas nostras favor iis interesse voluit 22. Aprilis 1686-privatis primum innutritum curis. Et quamquàm durum ejus olim ingenium altioribus studiis vix destinaverat, ita tamen crebra exercitatio illud expolivit, ut optimis haut parum abesse censendum sit; quam laudem sibi præporro vendicabit, si humano se metiri modulo, h. e. admodum mediocri, perpetuò meminerit, indefesso quoque studio, virtutum viam continuaverit, quo in conamine faustos ipsi apprecamur Viales, *Tertius*

Georgius Rirchner/Marieneuensis Variscus, Constantiam VValdensium in adversis, & divinitus ipsis subinde submissa auxilia depradicabit, gratias simul suo & Commilisonum nomine Alumne indulgentissimæ Curie nostræ. Et debet certè huic, quicquid habet, decennis enim puer, 24. Martii A. 78, in Alumnèum pariter & Lycèum publicum est receptus, & liberaliter hætenus enutritus, quo ipso Musices, cui præ multis natus videtur, profectus certè acquisivit non pudendos. Sive Vocali provocos, sive Instrumentali, Nec à literis moribusq; penitus relictus, ut abiturum Poetæ illo comitemur: Quo pede cepisti, sic bene semper eas. Huic itaque nostratum TRIGAB. in Academiam propediem abituræ, prius tamen proximo Mercurii die, post Sacra matutina, Cathedram, conleensuræ, audientiam ac benevolam præsentiam devote exorare & conciliare annitimur Serenissimæ Principis ac Domini, DN. GEORGII ALBERTI Marchionis Brandenb. &c. &c. Domini nostri Clementissimi; Nec non Serenissimi NUTRI-III nostri Consiliorum Præsidis Superioris, Consilarii Intimi ac Exarchi Provincialis nostratis undiq; Splendidissimi, Illustrissimi Domini Comitis à RONOV & Bieberslein &c. Domini nostri multam Gratosissimi &c. Præ-Nobilissimi ac Maxumè Reverendi Domini Superintendentis & Inspectoris à VVALDECK &c, cum Pl. Reverendo Ministerio, Nobiliss. & Excell. Dn. Physici Ordinarii Adjuncti, Medicorum, Ampliss. Dnn. Officialiū, Prudentiss. Spectatiss. Senatūs, Gymnasii Patroni & Scholarcharum, Conjunctissimorum Dno. Collegarum; Præ-eximiorum ac Humaniss. Dnn. Studiolorum & Eruditorum quorumvis, omnibus ac singulis deditissima nostra procollato hoc beneficio, staturi obsequia & officia. P. P. Dom, II, Epiphaniae, Anno Christi 1686.



CIE
DE

instituendo a

Ad

Curia

API.

ALES,

St Sacra Matutina

io Va.

tionis loco

ZIO,

